
5
porte ſyon ſunt reedificate, atq; tam imperialib; quam et pontificalib;
edictis tanquam ferreis et uectib; firmate. Spurciſſimus nero quaſi uel alter nabu
chodonoſor primus in ſedem babilonie erexerat ydolatriam quaſi auream
ſtatuam cum ſuis poſteris martirum xpi tortorib; incendia fornacis augentib;
iam iudicatus erat. ita ut quidam ex talib; humiliati ad penitentiam fenum quaſi
boues comederent et altiſſimum in regno hominum dominantem recognoſce
rent. quidam uero cum balthaſar nimium ſecure luxuriantes et tyrannizantes
omnino amiſſo regno cum uita perirent. ſic geſta martirum extant quoſdam
ex tortorib; et ſenatorib; in urbe roma tanquam in babilonia ſubiugi
xpiane legis humiliatos. quoſdam uero tam uiſibiliter quam inuiſibiliter in manus de
monum traditos et regno ſimul ac uita priuatos. His quia parti condempnatis
parti conuerſis nomen quoque commutatum eſt illius babilonis ut rectius urbs illa
dicatur iam ſyon quam babilon. et ideo predicte ſuſpenſa illic organa iam coaptantur
ad cantica quoniam fides xpiana in procinctu adhuc poſita eſt, ut ait quidam
agreſti turbida cultu nuda humeros intonſa comas exerta lacertos
pugnans nec telis meminit nec tegmine cingi: pectore ſed fidens
ualido membriſq; retectis prouocat inſani frangenda pericula belli. nunc
etiam ex quo ſedis apoſtolice pontificib; ita perornare cultum fidei ſicut nunc eſt per
natus. et in altaris miniſterio tanquam in capite gloria et honore coronatur.
iam certepantib; organis et cantorib; ad canendum expeditis. maxime
in cenobiis per pontificum romanorum decreta et priuilegia communitis. His
ergo nunc cytharis perſonantib; in domo domini te decet ymnus deus in ſyon. id eſt
in eccleſia romana que nomine babilonis per apoſtolicam fidem commutato in nomen
ſyon. fundamenta nunc habet in montib; ſanctis. Te decent ſancta ſacerdotalis offi
cii miniſteria ſpiritalib; canticis et ymnis in illa ſyon perornata. cum
ibi gratiam quidam romanorum pontificum ſtatuit pſalmos ante ſacrificium canen
dos antiphonatim. quidam gloria in excelſis. quidam ſanctus ſanctus ſanctus. quidam agnus dei ſacro
adiunxit officio. et quedam precum ſolempnia inſeruerunt eidem eccleſie roma
ne pontifices cum canticis et ymnis feſtiuis maxime in ſolempnitatib;
precipuis quarum uigiliis precedit quaſi lamentator ieremias ieiunando
uigilando plorando coram domino qui fecit nos. et in dieb; feſtiuis conſequenter
id eſt aggeus ille ſolempnius qui reuerſionem de babilonia in uerſibus preſentat

3) Cod. Paris B. N. lat. 4236 fol. 5r